


clav + I.G. Reliure de Sortie pour
400 Guillaume Lelièvre à Avallon.



de la Bibliothèque Yemenez
(seul exemplaire connu -)

8v



Ars Remorati

ua Gulielmi Leporei Aualloneñ. Pons
tificio & Cesareo iuribus cōprobata.

Sat Lepus vmbrosis timid⁹ latitauit in antris.
Florida secluso prodit in arua metu.
Insidias hoīm metuit morsusq; caninos.
Defendet Loporem virgo Diana suum.

Veneunt in Calchographia Ioannis Fa
bri; in vico Dagulheres: cuius anima in
pace requiescit.



Gulielmus Le poreus illustri. D.d. Gulielmo I or,
noer Tholosane curie Presidi equissimo. S.

X antiquis annalium monumentis memorie p
ditū est Preses equissime munificentiam non in
crescēt opibus ac rerum copia: sed in sola largit
atis animi prōptitudine versari, Artoxerxes em
(vt Plutarchus ad Traianū scribens insit) cum
ei in via obequitanti pauper quidā & operarius homo, am
babus aquam manibus e p̄xīmo flumine haustā nihil aliud
habens obtulisset: iucunde & suscepit & arrisit: non rei (que
donabatur) estimatione sed prōpta eius qui largiebatur vo
luntate gratiā mensus: non igitur ingentia auri pondera nō
attalicas opes offerimus: sed exilem de arte Memoriæ libel
lum excellentie tue de nobis q̄optime merite dicamus deuo
uemus. Multum tñ formido eorū ascribi numero qui labo
ris sui primitias naso suspendendas exponunt & euantilant:
naturamq; sui partus penitere faciunt ac deletiles censorum
spongias aut satyrorū aculeos aut venenosa linguarū ver
bera perferūt cū nostri monumenta (siculis gerris hyberis
ve nenījs vaniora) ad incubē nōdū satis r̄cuocata maturue
rint. Vnum tñ est qđ me multis madētem gemitibus cōsolat
um reddit: est nescio cuiusmodi genus hoīm qui cū sint ele
mentarij & magis rudere cū Apulcio q̄ loqui nouerint. In
laudabiles lingue latine candidatos conuictia (suis barbaris
mis) inferte nō dubitant. Istisq; importunis cōmentationis
bus Isagogisq; puerisibus dilatrantes magnā doctrinā opis
sionem sibi mereri videntur: sed longe sua spe fallūtur: nā ma
lo a pauculis eruditiorē centurijs videri. Quorum beneficio
bone literē reuiseunt & repullulant q̄ ab infinita idiotarū
plebecula eternis ppe laudibus cōmandari. Cōpertum tñ ha
beo nemīnē (nisi philosophastrū) literis nostris fuligine ins
ducturū. Sed cum literarū sitibundus dulcorem degustarit
(totis vt aſunt pedib; ac manib;) in id quod honori nō
futurū est deserabit blateret & oblatret q̄tū volet scio quod
vbi Ep̄imenidis venenose loquacitatis somnū indormierit.
ad respicendū sero cōsurget Phrygū more: videre tñ vide
or in hoc satyrico genere peculiariter delectari totaq; maleſi

cū orationē dotare. Ideo in tuarū laudum cāpo cōdescēde,
re vtile esse existimauit. Sed vndenā pōtissimum sumā exore-
dium. nescius ingemisco nostręq; mīnē iuc̄ virtus genitūnis
viribus deſtituitur: nam si illa ſcriptis redegero q; in te cīmēs
demirantur blādīrī dicar. ſin tacuero inuidere. Malo in acus-
lationis nota falſo inuri q; liuoris macula quo uifmodo re-
ſpergi. Ancipitem em̄ euētūm vtcūq; cadet experiar: Tholo
fana igitur curia (ne caducū parietem inclinaret) te in eq̄ſſi
mū preſidē bene cōſulta exceptit (Scia virtute & morib⁹ ad
amūſſim in literali certamine pēſatis) in quo nō paruam tibi
& posteris laudē comparasti. Gloriat⁹ pfecto debes equiſſio-
me preſul: ac ſi arguum abſtulifſes clypeum tum ob virtus
tum tuarū inſignia: tum ob memorie tenacitatē. De te igitur
dicere poſſum ut Cato maior de Scipione minori ſoli ſensuſ
ineſt: vmbriſ par cetera turba. Ex aliiſ tamen augurari nolo
eruditorum enīm (vt inſit Democritus) censura vix baherſ
poſteſt. Phebus pfecto lumē ſuum inclinaret ſi collata in me
beneficia recēſſere vellem, pro quibus ſi vitam pro dignitate
tua profunderem, non viderer partem meritorum aſſequu-
tus: ſed ne in immensum noſtra crescat oratio laconum bre-
uitate vtentis coronidem adiçimus tenuesq; ingeniolī no-
ſtri primitias nomini tuo nūcupatas defecato excipias anſe-
mo impenſiſſime eſtagitamus.

Vale Extimū literarū decus & virtutū ſpecimē.
Tolose. 1523. 17. Kal. Octob.

Stephani Fustaillier Matisſoneñ. Ad egregium
cūlīſ arene pugillem. D. Gulielmū Leporeum
Epigramma.

Si quis inauditas optet cunctarier artes.

Emunctum Lepor̄ ſ mente reuoluat opus.

Laurigeras ſtudio vincit florente ſorores:

Castalius rorat mollia labra liquor.

Non ignaua ſuam corrumpunt ocia mentem:

Casta nec Idalius viſcera ledit amor.

Hunc decorat virtus: decorant ciuilia ſura:

Et ſi fas licet dicere rarus homo eſt.

Gabriel Tornoer charissimo amico Gulielmo
Leporeo politioris literature candidato. S.



Vn omnium scientiarū basis & fundamentum
videatur memoria, sine qua homo nihil sapientiæ: nihil virtutis nihil deniq; scientiæ, sibi cōparare potest ad eam (totis vt aiūt peccatis ac mānibus) assequendam est elaborādum, quod per
difficile videtur nisi ibeclitati nature subtilis ars tua memo-
riæ antidotum exibeat, Compertum em̄ habes omnem disciplinam memoria cōstare, incassumq; vnumquemq; edoceri
si quicquid audit preterfluat. Fœlū igitur is est cuius me-
moria sit bone fidei que in promptu sibi credita reddit, ideo
veteris testamenti autoritas hominem deo non absimilem
in tribus aiebat, ydelicet in intellectu sine errore, in volun-
tate sine contrarietate, & in memoria sine obliuioe. Tibi igitur
(vt peleus in machera) tuoc; in literali theatro applau-
dere debes, qui tua īgenia subtilitate (immo diuinitate) arte
memorie incuria temporum sopitam e labyrinthę confus-
sionis fauibus eripuisti eamq; canonum & legū institutio-
nibus cōproba am reliquisti, Festina igitur lente, eamq; cū
blattis & tineis rixari ne simas queso, secure profecto parere
potes qđ longo temporis curriculo parturq; nihilq; inde
futurum video p̄terq; docilem tibi iuuentutem demerebe-
ris, importunisq; amicorū votis satisfacies, quibus si nō ans-
tuas qđ diu viues male audies. Vale virtutis & scientie speci-
men Tolose e museo nostro ciuiti. 1523. 17. Kal. Octobr.

Eiusdem in eundem Epigramma.

Sciscebam a musis quisnam perfectior esset.

Ecce repentina Pallas ab arce canit.

Tu Loporem demens, videas qui mira recenset.

Quem phrontes Cæsaris arma beant,
Iura Lepus queris, dij non tibi tura negabunt.

Non quot habet decius, sed quot habere cupis,

Caput Primum.

MVM necesse sit rem aliquam callere volentibus
presso & vegetiore ut memoria: haud iutile vis
debitur si de huiusmodi memoria (ea in binum
secernentes) non nihil in lucem adduxerimus, quod
diligentissimo cuique ad facilitorem literarum adeptione maximo
esse poterit adiumento. In primis dādāe sunt terminorū
& vocabulogē definitiones, quo res ipsa lucidior esse videat.
Nulla enim teste Bald. in l. liberti libertateq. de ope. liber. C. scien-
tia cōparati pōt terminorum cognitione desita sine qua (si
Phō creditur) de facilī paralo. **Memoria.** Tullio afferete, est
vis aīce accepta retinens, p̄terita repetens, elapsa recolligēs.
Quae in naturalē & artificialē secernit. Naturalis est q̄ no-
stris animis insita est, & sine multa cogitatiōe nata: quā natu-
ræ quidā munus esse existimauerunt: & totus labos inanis,
nisi certæ partes hoc velut spū continantur. Ois enim disci-
plina (vt insit Quintilian?) memoria cōstat, frustraq. doce-
mur, si quicq. audim⁹ p̄terfluat. (Nā & q̄ naturali memoria
percepim⁹ & ea q̄ arte memorie cōmēdam⁹ ni prefixo spa-
cio repetita fuerint fluxa veluti & caduca excidēt.) Et legu⁹
dictorū exēplorūq. velut quasdam copias (quibus abundare,
quasq. in prōptu semp habete debet orator) illa eadē vis res
presentat: Ideo dicebat metellus numidic⁹ (Gellio teste) the-
tori cōcessum esse sentēti⁹ ut falsis, audacib⁹, subdolis, capo-
tiosis: (si modo verisimiles sint) vt possint ad mouēdos ho-
minū aīos qualicunq. astu irrepere propterea turpe esse ait.
Oratori si quid in mala causa destitutū atq. ipugnatū relin-
quat, iī puulgato vite vīsu ambassiatores insubide vocant, q̄
Romanis degētib⁹ herbā securitatis indiciam gestabant de
qua est tex, melior iuris in l. sanctū. de rege dñi. ff. Bar. in l. i.
ad. leg. iul. maie. & i. l. cōventionū. ff. de. pac. p̄ide vt ad filū re-
deā Artificiosa est quā confirmat inductio q̄dam & rō p̄re-
ceptionis. Cicero, memoria mentez vocitans tres partes an-
numerat/memoriā/intelligētiā/prudētiā. **Memoria** est p̄
quā anim⁹ repetit illa q̄ fuerūt. Intelligentia est p̄ quam per-
spicit ea q̄ sunt. Prudētia est per quā aliquid futurū videtur
anteq. fa. tū sit. Vnde prudentis est priusq. aduersa continua-
gūt prouidere ne euiniat. Scđm in diversa operationū offi-

Memoria.

De sagmī-
nibus. vide
Crinitū. in
cap. iij. lib.
vij.

Artificio a.

A ij

Artis Memoratiæ

est varijs noībus enunciatur. Aīa, dum vegetat & corp^o ip^sum vivificat. Spūs, dum contéplatur. Sensus, dū sentit. Anīmus, dum sapit. Dū discernit, ratio. Cū recordat, memoria. Dū vult, voluntas dicitur. Hæc aut̄ oīa solīs noībus nō substātia differūt. Ne igit̄ doctrīna ortu nīl obscurior videatur: a philosophi vestigij̄ non deuīans: in libro animē. Dico q̄ anima est actus primus: corporis phisici: organici: in potētia vitam habentis. Hanc definitionē solis philosophastris incognitam relinquō. hæc autem in prima sui diuīsione in animam vegetatiūm, sensitiuam & rationalem secernit: hæc diuīsio penes operationem animæ originem sibi vendicat: eo q̄ omnis operatio anime vel est vegetare, vel sentire, vel intelligere, primum immediate anime vegetatiue conuenit: que est communis omnibus viuentib⁹ & eius operationes in nutritione, augmentatione, vel generatione consistunt: quæ (si theologis creditur) neq̄ bone neq̄ male moraliter dicuntur: postq̄ nostræ potestatis imperio non subiiciuntur. Ideo hec potentia vegetatiua ab Aristotele Aethi⁹ corum primo, vacans ratione dicitur.

Virtutes anime.

Potentia vero sensitiva in apprehensiūam & appetitiūam: & apprehensiua iterum in potentiam sensitivam exteriorem se, cernit: & talis est quintuplex sicut sunt quinq̄ sensus exteiiores, habentes diuersas operationes & obiecta. Alia est potentia apprehensiua interior & talis est quadruplex sicut a philosophis solent assignari quatuor sensus interiores: puta sensus communis, Phantasia, Imaginatiua, & memoratiua, operatio talium potentiarum apprehensiuarū, non est aliud q̄ cognoscere vel noticias apprehensiwas producere: ideo Theologorum imitatus doctrinam. Dico operationes talium potentiarum non esse bonas neq̄ malas moraliter: postq̄ immediate ab obiecto & potentia mere naturaliter causantur: Sed potentia sensitiva appetitiua dicitur illa, quæ nata est p sequi obiectum apprehensum & cognitum delectabile: & fugere obiectum apprehensum ut tristiciet inductiūm: ideo eius operationes sunt fugere & prosequi: & mere naturaliter ab obiecto & potentia producuntur: & a noticia sensitiva obiecti: & talis operatio solet vocari bona vel mala extrīnsica: inquantum est imperata ab ipsa voluntate. Ideo a Philo,

sopho Aethicce & primo dicitur. Appetitus sensitiuus: partis rationis, obediens intellectui, vel voluntati, ut in temperato vel continente contingit. Sed anima rationalis dicitur ea que nata est ratiocinari. Hoc est producere noticias intellectuas volitiones vel nolitiones, & dividitur in intellectum & voluntatem non quod illi realiter distinguuntur in eodem homine: immo eadem anima rationalis dicitur intellectus & voluntas sed diversis rationibus hec nebulosius ceteris censetur. Ideo quibuscumque causis est anteponenda vulgata. l. sancimus. de sacrosan. eccl. C. non immerito Aristoteles in libro anime: operationes intellectus nullam communicationem habere cum corporali operatione aiebat: unum tamen mihi singulare Augustinus profiteretur animam videlicet. Deum supra se Angelos iuxta se in se: quiscuid celi ambitu continetur infra se cognoscere: ne tamen verborum impetus ab instituto longius vagantem me distrahat in nostram reflectam arena.

Caput Secundum.

Simonides poeta Lyricus Plinio & Cicerone auctoriis bus artem memorie eiusque documenta enunciasse cense tur: tandem a Metrodoro Sceptico consummata. Cum enim pugnili coronato carmen quale cōponi victoribus solet mercede quadam pasta scripsisset, abnegata ei pecunia pars est quod more poetis frequentissimo digressus in laudes Castoris & Pollucis exierat. Quapropter parte ab his quorum facta celebrasset exigere cogebatur. Solutione cōpleta grande cōsumum apud Scopam fortunatum hoīem celebrabatur. Si Simonides adhibitus ei cœnæ nūcio, est excitus a duobus iuueniis quos rumor. Castore & polluce suspicatus est) questum fuisse quoque tandem euocatione defatigatus dum ad forces genitalis domus uti ratus erat non inuenisset: eos omnis urbe vagus quereret: coniunctus interea domus in ruinā versa miseranda coniuntas clade oppressit: quos cum affines sepulchro mādere vellent. nec eos miserande mortis genere ruina & molibus attritos recognoscerēt: diuinus ille Simonides qui una discubuerat memoria ordinem discubentium repetens: quem quisque dispositione locū sortitus fuerat. charos parentibus liberos dulcesque coniugibus viros: & matrum amplexisibus cum lachrimis natos restituit: veteres enim in coniunctio-


Simonides

Ilio similiter
etiam in
etiam in
etiam inMemorie
inuentio.

Artis Memoratiæ.

triplices mensas apponere solebant, & iaceundo cenare veluti
Antiqua cō
uiuioꝝ seri
es.
Turcæ faciunt de quo canit Horatius.
Sæpe tribus vides cenare quaternos
Equibus unus auet quavis aspergere cunctos:
Præter cum qui præbet aquam.

Hab. big.
Carnis. 89.
l. tunc
ab initio
Nimis cibi
auiditas res
probatur.
Et in his triclinijs carnibus abstinebat. C. ab exordio. xxxv.
distin. &. C. ante oia. eadem distin. Vsum tamen carnium in
cōuiujs (Plinius testimonio) volumine. vii. primus apponi
fussit vel occidit. Hyperbius martis filius. Iosephus tñ in pri
mo antiquitatū hebraico populo statim post peccatum Ade
csum carnis a supremo rerum opifice cōcessum afferit. Egy
ptiā sacerdotes cultui diuino inferuentes. carnibus & vino
abstinebant. ouum quoq; pro carnibus & lac vītabant: eo
rum alterum. carnes liquidas. alterum sanguinem esse colo
re mutato dicentes. Zenocrates philosophus tria dumtaxat
precepta apud cecropidas in templo eleusine insculpta scri
bit: venerando deos, honorando parentes, carnib; non ve
scendum: nostris tamen seculis est vīendum. non enim cibus
in conūtio sed cibi auidas nimis reprobatur. C. sunt cibi.
de cōse. distin. v. Laudaturq; conūtia dūmodo detractio
nibus & fabulis sicutis gerris vanioribus abstineatur. C. cō
uiuia. &. C. sequenti. xliv. distin. Constat autem conūtum
ex rebus quatuor que si desint suis numeris non est absolu
tam. si bellis homūculi collecti sint. si lectus locus. si tēpus le
ctum. si apparatus nō neglectus. Varro in satyris menippis
in libro qui inscribitur nescis quid vesper serus vechat, dicit
conūtarum numerum incipere oportere a gratiarū nume
ro, & procedi ad musarum, nostris tamen seculis arbitrio res
gimur.



Caput Tertium.

Dhilosophi varijs inter se digladiates hastis duas potentias inferiores assertione multoꝝ ponunt, unam cognitiuā in qua actualis sensatio formatur: quā vocant Sensum cōmūnem: & eā dicūt esse in corde: aliā reseruatiuā, quā Phātaſiam vocāt: & eā dicūt eē i cerebro, vt p̄cedēs figura apte manifestat. Sed nōnulli abditissima studiosus rimātes, quīcꝝ potētias inferiores collocāt: quae sunt Sensus cois, Potētia imaginativa, Potētia estimativa, Potētia phantastica, & Potētia memoratiua: quae per figuram note reliquuntur. Verūtamē

B

201
Artis Memoratiæ.

propter occultā dictarum potentiarum operationem, & suo
rum organorum dissunctionē ac locationem ipsis s̄epe uti-
mū promiscue aut equiuoce. hæ enim solis nominibus dif-
ferunt & non substantia.

Caput Quartum, de Potentia Memoratiua, quæ
principaliter in hoc libro consideranda est.

Memoria.

Colinda.

Memoria est potentia reseruatua specierū sicut in-
tentionum nō solum a sensu cōmuni receptarū,
quæ excolendo sicut omnia alia augetur. l. Inter
artifices. in glo. in verbo ingenij. de solu. ff. Hęc
aut̄ se habet ad estimatiua sicut imaginatiua ad
sensem cōmumem. Auicēna cerebrū esse principium senti-
di & mouendi assertit: temperatūq; causam memorię afferre.
Nā ex cerebro crasso prouenit oblitio, debilitaturq; memo-
ria. Vnde fit, vt Philosophi monumenta perhibent, iuuenes
& senes esse male memoriae propter nimii in ipsis augmēt
& decremēti motum. Sicut em̄ recordatio motus faciles exi-
git: sic memoria quietem expostulat, & quiescēdo fit sciens.
Magni siquidē refert quali in corpore animi locati sint, hoc
proueniente ex qualitatū disproportione & nimia frigidita-
te & humiditate. vnde calidi & humidi facile cōprehendūt:
sed nō diutius seruant. Rursus aut̄ siccī & frigidī tardius cō-
cipiunt: sed firmiore cōplectuntur memoria. Multa em̄ sunt
quæ mētem facilitant multaq; q̄ obtenebrant & cōfundūt.
Nam mēbrorum cōpagib; velut organis ad operationes
exercēdas mensūtitur: vnde fit vt corpore male sano anim⁹
liebescat & obtundatur. Ingenia nēpe aeris qualitatē sequū-
tur. Refert em̄ Cicero Thebanos ingenio fuisse pinguiores:
sed robustiores corpore. Athenienses vero perspicatores &
acutiores extitisse. Ideo quia crassus aer Thebis: rarior autē
& subtilis Athenis erat. Istud scite pbatur in. c. Quia diuer-
situdinem corporū diuersitas sepe sequit̄ animorum q̄uis glo-
alt̄ exponat: de cōcess. preben. in ātiq. Promptior contra, ve-
getior, acutior redditur cuius corpus bene cōpaſtū est: quā
obrem Thraeces ob crassum regionis acrem quem incolunt,
obliuiosi, desides, tardī, obtorpescentes nulliusq; memorie
censemunt esse. Satiricus patriam Veruecū appellat cū inſit.
Veruecū in patria crassorū sub aere nasci. Quid tamē discri-
mīnis habet a reminiscētia, quia memoria est continua con-

seruatio illius qd' sc̄mē apprehensum fuit: reminiscētia vero est eius quod postq; apprehensum est oblitū fuit & iterū tememoratum. Quis tñ paulo sagacius considerans, r̄imari posset, quare est quidā homines facilis adiscunt. q; recordātur, & econuerso. Ad quorū intelligentiam ex Auicenne doctrina thesauro fidelis memorie sequētia imprimas q; illi qui sunt siccē cōplexionis fortes sunt in retinendo: & debiles recordando ratio naturalis istud non insubide manifestat: nam siccitas est cōueniens & idonea dispositio ad impressiōnum refētōnēm. Inhabilis aut ad motum. Ideo infero vñū correlariū siccām cōplexionem memorie. & nō recordatiōni conuenit: hi em̄ sunt qui magis percipiunt nutus: nutus aut operantur & causant sensibiliū motum: & qui erit perceptior nutū erit citius recordans: illi vero qui sunt cōplexionis humide facilis sunt discipline, ratio naturalis istud q; grāphice edocet: nam humiditas est dispositio cōueniens susceptioni impressionum, que conuenit facilis discipline & est contraria dispositio fortī memorie: ideo infero vnum correlariū. Memoriālā propiciā & idoneam exigere materiā: a qua diffīculter deletur qd' impressum est in illa. Nota tamen q; bene memores contrarie sunt dispositionis bene adiscētibus illi bene mēmores sunt: quorum aīc non habent facile motum neq; dispergūtur cogitationes eorū: illa em̄ anima q; habet multos motus: & multiplices cōgitatus fidelis & bone recordatiōi aduersatur. Ex hīs infero eos memoria pollere qui sunt siccē cōplexiōis: ideo est contraria dispositio facilis discipline bona īgīs memoria appellatā venit ex siccitate complexionis vel exercitio circa vnum vel pauca: (Exercitio em̄ consummatur quicqd natura arteq; percipitur: nam ubi abest exercitatio, ibi aut naturalis aut artificialis peritia cessaſt necessum est: cum tota (si Phō credit) virtutis laus in ipsa actione consistat: huic sentētie applaudet turis consultus in l. Munerū. s. mixta. de nume. & hono. ff.) inde est q; pueri q̄uis sint humidis: firmiter tñ retinent animē em̄ eorum nō occupantur circa multa sicut aīc eorum qui maturam ag prouectam etatem attigere: iuuenū autē propter calorē & propter motus suos agiles debilior est memoria. Q̄uis sint cōplexionis siccē. Senibus vero accidit propter humorē qui in

Reminisciā.

Sicca cōplexio apta i cōtentōni.

Humida cōplexio dicitur propria cōtēpia.

Ferro consparaſt nā feriū si exerceas cōteritur si nūq; exerceas rubigine sedatur.

Iuuenes p̄ue mētōrie.

Artis Memoratiue.

ets dominatur nostra memorari ea que videt: ex his veridice inferendum puto. sed in diversas personarum circumstantias. virtutem aie diversimode operari: & hoc secundum diversitates inclinationum ortarum ex diversa mixtione quatuor primarum qualitatum. totam corporis compositionem regit: ex quibus quatuor humorum diversae proportiones scaturunt. Et ex his varia ipsorum spirituum tam vitalium & naturalium quam animalium diversitas conditiones & inclinationes mortaliuum varias & immutans oritur: unde oculorum periculo copertum est. inductu quodam nature.

Humanum
corp' a qua
tuor primis
qualitatib'
regitur.

Nobilissan
guinei com
plexio.

Colleric
complexio.

Flegmatici
complexio.

Messalecor
uini debilis
memoria.

Melécolici
complexio.

Equitas na
ture.

CSanguineum letum vultu hylarem, & amatuum, risu facilem, liberalem, benignum, plium, delicata cibaria, primeque bonitatis vinum elementa per oia indagantem: ad libidinem pronum: unde Alexander magnus imbecillitatem humanam se sentire atebat duab' potissimum ex causis sono vocis & coitu.

Collericus autem est in suis agendis impetuosus, elati animi vanos (quod pars sit) appetens honores: bonorumque myrmecias: in iram faciliter prorupit: eademque pacificatur: prodigus: & ultra mensuram comedens: fidelibus deditus vigilans lucrum assidue venatur: & domesticarum rerum satagit.

CFlegmaticus vero naturaliter somnolent in agendis suis tardus: verbis lapsantibus: & humidis non defluens: bonorum contenter: aureque popularis rumusculos pro nihilo habens: ac sputis facies: parue metiorie: & modice comeditionis: ideo pauci aut nulli meritis eorum ad honores aspirant. Ideo Messalam coruinium sui nomis immemorem flegmaticum extitisse disjudico. Civilis tamen ratione huic sententie aduersari videtur nam nemo est adeo supinus ut nomen suum ignoret. I. cum in libris Vlpiani: de here. inst. C. Numerosam exemplorum siluam coticeo quam visendam te remitto ad plinius notata in capite quarto & vigesimo libri. septimi memorie.

CSed melécolicus naturaliter tristis gerit vultum sinistre semper suspicatur: alienisque vulpina quadam sanctitate delictis illa trahit: mundanarum rerum nephando amore irretitur: implacabilis & in propria opinione pertinax. plurima humano corpori conferentia literis commendare non grauerat: nisi industria & consilio probati medici indigere cognoscerem. Ex supra dictis oculorum periculo copertum est. naturam in uno san-

guineū grauiasse, & in alio restaurasse. Idem dicitur in colerico, flegmatico, & melencolico. Cui sententie ciuilis iureconsulatio ratio applaudet. In leu qui de iure iur. ff. & nota istud quā a scriptoribus sere nostris intētatum non comperies.

Caput Quintum.



Ensū cōmūnis qui in anteriori parte cerebri locatur, est potentia sensitiva omnium sensuum particularium obiecta apprehendens. Dicitur autem cōmūnis, philopho afferente, eo quod oēs sensus exteriores ab eo velut a cōmūni centro scaturunt, suorum obiectorum similitudines ad eum reducunt: quibus mediantibus: de singulis iudicat & discernit. Huic autem potestate tres actus attribuuntur: quos primus est cognoscere sensations & sensibila om̄i sensuum exteriorum: etiam nō presentibus obiectis ideo cōmūnis dicitur. Secundus est cōuenientias & differentias inter obiecta sensuum discernere. Primo enim obiectum unius cognoscit. Secundo obiectum alterius apprehendit. Tertio actum format continentem virtutem tuam litter notitias amborum obiectorum: in quibus conuenientias & differentias ponit: ut album non est dulce: somnus non est frigidus. Tertius est absentias obiectorum dijudicare: ut quod visus non videt: auditus non audit. Sic de silentio ceteris obiectorum priuationibus iudicat. A centro huius organi nervi ad organa exteriorum protenduntur: & per hosce nervos om̄i visibilium species recipit: & facile quidem propter organi humiditatem & calorem, diffutus autem retinere non potest. Quapropter facta sensatione eas per nervos meat, imaginatiue transmittit. Cuius operatio est receptas species & imagines reseruare: vnde nomen sibi vendicat. Ne autem potentiae que sequuntur ociosę permaneant: species ab imaginatiua ad estimatiuam trahuntur: ex quibus haec potentia intentiones non sensatas elicet: quemadmodum ouis ex speciebus lupi colore & figura & alijs inimicitiam non sensatam elicet ipsum fugit: si autem naturali instinctu si forte prius fraudem lupi experta non sit: vel experimento, ut aīn' foueae: qua nup̄ p̄clitatus est, appropinquas casum timet & declinat: veluti canis popinā fugies p̄p̄ aquā calidā.

Caput Sextum.

Sēsus cōmūnis.

Artis Memoratiꝝ.

Phantastica.

Dotentia phantastica quæ est in secunda parte medie cellule cerebri tanqꝫ ceterum inter imaginatiua & memoratiua conuertit se supra imagines in vtræ carum reseruatas: & tunc cōponit & diuidit eas: vt prior figura clare demonstrat. Hæc imagines cum imaginibꝫ: species cum speciebus format eas componendo vel diuidendo: & ideo singit mōstra. Chimeras: & operatur in somno sicut in vigilia. Ex speciebus præmemoratis cū ad organum ipsius peruererunt: diuersas imagines componit: que a sensu cōmuni percipiuntur: dum rursus ad ipsum descenderunt. Qm̄ vero hæc potentia in hoīe ratione naturali decoratur: de qua meminit tex. in. l. at qui natura. de neg. gest. & in. l. si cut impendia. de usufruc. & l. nā hoc natura de condi. inde. ff. Ideo non necessario eodē modo operatur nōnunqꝫ enim ex compositione specierum intētionum diuersarum mōstra singit: quoꝫ nec aliquando similita videntur. In brutis autem in st̄uctu naturæ regitur: quæ in omnibus eiusdem speciei simili est: ideo in talibus phantasie opera non variantur. Simili equidem ingenio omnis hyrundo nidum & aranea telam texit. Huius potentie opera si vigilantibus non desint: raro tam ab ipsis percipiuntur propter fortiores motus sensuum. Dormientes autem quorum sensus exteriores vacant: somnia appellant: quia in somno apparent.

Caput Septimum.

Imaginatio
na.

Dotentia Imaginatiua est reseruatiua specierum a sensu cōi receptarum: quæ in anteriori parte cerebri ponitur. Species cīn rerum hic vocantur imagines ipsarum. Vnde imaginatiua vocata est: & per hoc differt a sensu cōi: quia non est potentia iudicatiua: sed solum reseruatiua. Los cupletissimi phorum testes fatentur in natura nostra sensib⁹ illum compositionem inter se inesse: oportet ergo ut in nobis sit hec virtus que hec operatur & hec virtus inquantū imperat ei intellectus. cogitatua nūcupari meretur: inquantū vero imperat ei. virtus animalis. imaginatiua appellatur. inquantū occupatur cōponendo & diuidendo formatiua vocatur: hec enim facit castra in sphera chymeram singit. & lupo cornua. nam sensus cōmuni virtuti formalis que est Imaginatio quasi ad reponendum impartitur: quod ei tradūt sem-

sus exteriores. Imaginatio vero reponit & retinet habet enim Specierum virtutem multiplicandi formas sensibiles. virtus vero cogitativa siue imaginativa sine formativa convertitur ad formas imaginativas quae sunt in imaginatione: ad componendum vel resoluendum eas quae eius potestatis iugo subjiciuntur.

Caput Octauum.

Dotentia estimativa secundum Auctenam est vis ordinata in summo concavitatis medie cerebri sensibilium intentiones apprehendens: verbis gra lepus canem fugiens vel ouis lupum. nonque alias visum dijudicat cum agno esse habitandum: & elicit speciem siue intentionem inimicitie. quae non poterat per sensum apprehendit. est autem virtus transcedens quia apprehensio sua non est formarum sensibilium. & materialium: sed immaterialium. bonitas enim & malevolentia conueniens & inconveniens impendit & dispendit in se non sunt forme materiales. nec in sensu cadentes exteriori. tamen sunt accidentia sensibilium. quid tamen discriminis habet ab imaginativa: quia illa retinet species per sensum coem receptas. hecvero elicit ex eis intentiones nature non sensatas. sicut amicitie vel inimicitie ex quibus sequuntur actiones prosecutiois vel fuge: ne tamen doctrina velut quadam silentij vagina recordatur estimationem utilium & nocivorum tristici modo contingere (Auctene vestigia imitatus) autumo. Primus modus est ex causa materiali sicut accidit in pueri qui cum eleuantur ut residet se casurum estimat. statim aliscui adheret. preterea copertum habemus: cum oculi lippitudine prurietes sunt purgandi: statim ille conniuet antequam cognoscat quid sibi accidat & sic induxit quodam nature ouis lupum formidat: & animalia leonem: & aves accipitrem. Secundus modus est per experientiam sicut accidit cum doloris rabies animal aliquod inuasit: vel mellitus voluptatibus in re aliqua absorbetur: cuius forma descripta est in virtute formalis siue imaginatione & intentiones utilitatis & documenti descripte in memoria statim apparuerint res in utilitatibus vel dispendiis estimatione obrepicie occurret: hinc canis lapide. vel fustem. tamen nosua formidat & vacuis sepulscule ossibus alicetur. Tertius modus circa proprietatem coniunctam & modum similitudinis versatur: veluti si res aliquam formam vnitam cum intentione

Potentia esti
mativa.

Inductio na
ture quod ope
retur.

Artis memoratiæ.

estimationis in aliquo sensibili habet: sicut contigit in pomo coloris coccinei: quod est maturum. & dulce. Ideo cum videamus: dulcorē inesse ponio iudicium quodā nature dijudicam?

Liber Secundus de Locis quæ Memoræ plurimum admīniciuli afferunt.

Caput Primum.

Loca.



Ocīs est utendum multis, illustribus, explicatis, modicis interuersis, imaginib⁹ aliquid agentibus, acribus, insignitis, q̄ occurrere celeriterq̄ percurrere animū possint. Quo magis admiratur Quintilianus qualiter Metrodorus in duodecim signis per quæ sol meat, tricenos & sexagenos inuenierit locos. Vanitas nimis fuit atq̄ iactatio circa memoriam suā potius arte q̄ natura gloriantis. Nata est igitur ut insit Quintilianus, in plerisq; ars ab experimēto siue experientia q̄ est rerum magistra. c. statutum. de rescri. in vij. c. q̄ sit, de electi. in. vij. Recert enim Philosophus: natura potenter ars facilem, vsus promptum reddit artificem. I. milites. de re militari. li. xij. C. legatis. §. ornaticibus. de lega. iij. vnde nō incassum fluixit paroemia vsus me genuit pepit mater memoria Augusti. naturam demones in tribus excedere aiebat, velocitate, ingenij subtilitate, & longitudine vite: ideo tantam sibi cōparauece experientiam: ut futura predicēt. viij. de tex. & glo. mihi singularem in. C. sciendū. xxvij. q. iij. quæ meretur reprehendi inq̄ tum dicit demones materiam habere: sanctius enim naturam sed quia ipse leguleus Canones aut Leges a vestibulo ne quidā salutai nec extremis digitis attigit: quibus iuris pontifici⁹ aut Cesarei canices inest: taxandā remitto.

Caput Secundum.

Locorum
diuisio.

Multum memoriae conferet in triplicem locorum designationem descendere, scilicet Minorum, Maiorum, & Maximorum.

Loca minima sunt loca maiorum locorum: ut quatuor anguli, quinque parietes, & fanua, quæ secernit parietem: veluti si duos separatos ac distinctos parietes redderet.

Loca maiora minoribus dissimilia sunt, quæ quadrangularem formam habent: ut templo, aulae, domus imaginabiles,

& cameræ.

Loca maxima, quæ ad similitudinē & æ qui parantiam mā
torum & minorum accedūt: sunt loca maiora & minima: vt
oppida, collegia, magnæ dom⁹, arees, castra, & alia imaginis
bilia, has locorum definitiōes. q̄ graphicē tetigist. Barto, in
suo tractatu insulino, in versiculo circa vero locū sciendum
est: ybi si bene sagaci trutina pōderetur: hæ definitiōes coin
cidunt: dicit em̄ Bar. quedā loca esse eminentia, quedam de
pressa, & plana eminentibus. sicut sunt domus & cetera edificia
que partem anticam habēt. l. ediles curules. g. fi. de vi.
publ. ff. Ibi in verbo ante ergasteria. & l. arbor. g. de vestibu
lo. & ibi glo. cōi diuid. ff. posticam etiā. l. quidā hyberus, de
scrūtu. urbano. predi. ff. in verb. post horrea.

Loca ciuitatia.

Caput Tertium de lege locorum.

Locorum lex publicio teste cuius verba recenseo pre
ceptiōe, inuictiōe, q̄litate, dissimilitudine, numero, no
tatiōe, impressione, cōmetiūq̄ locis plene p̄se stet̄ cōstat.
Preceptio est recta agendī ratio qua nature cōmoda firmata
& ingenij bona adaucta longe lateq̄ diluescunt. Ad quam
habendam per rationem preceptorum inducimur. Perit em̄
Archidiascali copia est potissimum eligēda. (vnde Gellij tes
timonio) Philippus Macedoniq̄ rex. Aristotelis literis ape
riuit: filium sibi genitū: quod euidē dīs haberet gratiā: non
promide quia natus est: q̄ pro eo: q̄ cum nasci contigit tem
poribus vite sue sperabat em̄ ut eductus eruditusq̄ ab eo, dī
gnus existeret rerum suarū successione. Proinde cum Athē
nenses decreto suo cauerent: vt qui megaris cum esset: si ins
tulisse athenas pedem prehensus esset: vt ea res ei homini ca
pitalis esset: (tanto Athenenses odio) flagrabant finitimos
rum hominū megarensiū: tum Euclides qui megaris erat.
quiq; etiam ante id decetum & esse athenis & audire socratē
cōsueuerat, postq; id sanxerunt, sub noctem priusq; aduerspe
rasceret: tunica longa muliebris induitus & pallio versicolore
amictus, & caput & ora vclatus. domo sua megaris athenas
ad socratem cōmebat: vt vel noctis aliquo tēpore. cōsilioq;
sermonūq; eius fieret particeps, tursusq; sub lucem militia pas
suum paulo amplius viginti eadē veste illa tectus redibat, no
stris in seculis videre est Philosophos vltro currere vt doceat

Lex locorum

Philippi de
Aristotele
dictum.

Discēdi cu
piditas Eus
clidis.

Artis Memorati^{on}e

ant, ad fores suuenū diuitum, eosq; ibi sedere atq; opperiri p
pe ad meridiem donec discipuli vīno estuantes, nocturnum
omne vīnum edormierint. Istud audiū a dño meo dño Lo-
doico Odebert Aualoneñ. politioris literature candidato:
cui non minus debet phia q̄ debeat aut iuris pontificij equi-
tas a quo ingenue nō diffiteor me artis memorie primordia
habuisse. Cum eā in exercitatissima barbare diatriba Parrhi-
sīs cameratim auspicaretur.

Caput Quartū de īuentione locorum.

AComparādorum locorum triplex est ratio: nam aut na-
tura constituuntur, aut cuiusq; ingenio excogitantur
vel his composita efficiuntur.

Caput Quintū de qualitate locorum.

QValitas est conditio certa, locis īscripta, vt medi-
ocri luce, mediocriq; distantia, firma īmaginum ca-
pacitas, ac solo in loco sita: re aut nomine īmaginum ratiōe
correspondentia exactissime excogitatur: litere em̄ nimirū cō-
culcate, & sillabe nimirū expresse, vel labore nimirū cōpres-
se, sensus mentēq; affligunt: ideo īsomnes noctes ducere in
uoluntarioq; labori seipsum deuouere: imprudentis esse di-
judico: medio igitur modo ac modestia, ingenia excitantur:
ne nimirū fusa ac vaga īcerta anceps & ignara mēs fluctuet,

Caput Sextū de dissimilitudine locorum.

LOcorum similitudo morte magis euitanda est: nā vti
ea compositū, ita coniunctū resoluti: vilem hominem
facit mentem animumq; memorie imbecilitate humili deīcit:
tarditate & confusione ignavum reddit īgenium. Ratio ci-
uiliis istud manifeste cōprobat, cum similitudo idemtitatem,
& idemtitas confusionem pariat. g. inter eas, instit. de nupt.
Quas ob res ope, colore, & altitudine, figura, ac diuersa ma-
teria euitare poterimus: vel si nō locis optatis, & arte compa-
ratis, lapidibus saltem, arboribus, tumulis aris, monumētis,
bīremib; nauibus, proclīuis pontibus, astris, ac insulis va-
rie effingētur. Nam q̄ admodū ciborum diuersitate gaudet
& restauratur stomachus: minoreq; afficitur fastidio, ita etiā
dissimilitudine memoria gaudet.

Caput Septimum de notatione locorum.

Immodera-
tū labos mē-
tem affligit

Quid ope-
retur simili-
tudo.

Locorum nota duplex est. Numerorum altera, alterare
rum, numeri signum, dicitur numerus quinto quoque
inscriptus ut in Arithmetica figura. vel reali, notatur: falso
quippe manus pes quintum, crux decimū. geminata vigesimū
tū significabit. Verum hermippus loca singula notāda cōs
memorat ut ad eum cum veneris tem locum & loci nume
rum teneas, ne tñ re verum etiam numero cōmemorato me
moriam facilius exercere valeamus. Albertus decimū quoque
Fabius Quintilianus & Marcus Cicerō quintū quoque no
tandum cōmemorat: rerum nota dicitur rerum additio locis
inserta cum em̄ superioribus legibus locus carebit ne mentē
tardam efficiat re aliqua munetur. Si em̄ vastus mobilis aut
nimium lucidus videatur exedra clavo & testitudine confir
mabimus.

Caput Octauum de impressione locorum.

Locos arte comparatos diuturna meditatione, & fugi
exercitio: memorie adeo imprimem⁹ ut nō aliter tene
re colligere: & memoriter reddere q̄ nobis. notissima sunt
possimus. Distrahitur em̄ memoria atq̄ oīs animi vis effe
minatur. si in colligendis imaginib⁹ ordine, & loco, dūta
xat aberrauerimus: nihil em̄ est quod magis mētem deludat
q̄ error. Vnde ciuilis ratio contractum in quo error ī specie
iteruenit: viciat & nullum reddit. l. si ego. la premiere. si cert.
pe. ff. ne tñ obscurior ortu nisi videatur doctrina: dico q̄ er
ror est estimatio. vel approbatio certi p̄ incerto vel veri p̄ fal
so. hāc definitionem videtur scite iure consultus tetigisse in
l. celsus. ff. de vsuca. et ibi Bar. tria erroris genera enumerās.
Quid sit & vnde causetur: diffusius in opecula nostra ciuili
(dijs bene fortunantibus) recenzebo.

Caput Nonum de locorum multitudine.

BElíquum iam esse videtur ut locorum legibus exposi
tis: infinita pene nobis loca ordine qualitate luce di
stantia mediocriq̄ spacio deserto in loco stabilia ac dissimi
lia excogitemus: ut si quid e memoria haud excidere sed diu
impressum tenaciter inherere velimus: & alia item memorię
cōmemorare studemus: diuersis in locis affigamur. Est em̄ tū
periculosest tum ridiculum duos eadem in re & eodem iure
coheredes instituere. l. si ut certo. s. si duobus vehiculum. ff.

Locorum du
plex nota.

Artis memoratię.

commodati. l. hereditatem. §. fi. ff. de. castr. peculio. Bar. in. l.
prima. §. post suos. ff. de suis & legi. here. Que qui sine labore
multiplicare voluerit centum confusa aialia literarū & al-
phabeti ordine exquirret: ac vniūcuiq; figure quinq; maxima
& dissimilia animalia accommodabit: vel res aliquas aialibus
comiscere poterit ut diversitate ac firmius memorie impres-
sa inhereant: quibus pro eorū magnitudine plurimas ac di-
uersas imaginū sedes, p sententia nostra statuere poterit?

Caput Decimū de cōmēticis siue fictis locis.


DOnnihil opis cōmenticia etiam loca, afferre vsu cō-
pertum est: (veluti si celum vel plures singas) si di-
stincto ordine, sedium ratione, excogitata erunt: ne fulgida
splendescant, vel obscura opacitate obiecta prorsus latitent:
Ne igitur batillari videat hanc legem pfitetur publicius. Mi-
serum enim est (vt insit Satyricus aquinas) alienē incūbe-
re fame: furicq; alienē laudis occultator cōparandus est. l. he-
reditatū. §. finali. ad. l. falcī. ff. Iason diffuse (suo scipsum fo-
diens gladio) in. §. fi. insti. de actio.

Caput Undecimum.

Doca discuntur, Quintiliāno referente, ut q; maxime
spatiosa, multa varietate signata: vt domum magnam
& in multos diductam recessus habeam? Dummodo rece-
sus & circuitus iste confusionēm nō patiat. Ois enim ei cuius-
tus est vitādus. l. dñs testō. de cond. indeb. ff. cle. auditor. de
rescript. cū vulga. In ea quicquid nobile est animo diligenter
affigitur: vt sine cunctatione ac mora partes eius oēs cogi-
tatio percurrere possit. Et primus hic labos est nō hære re in
occursu: tū quæ scripsérimus, vel cogitatione complexi fue-
rimus: & alio signo quo mouemur notamus, vt si de nauigatiōne
